



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Zela Christus n. 29

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

nem cognoscam : auet enim mihi cor eam nosse. Oro igitur omnino veniant cum iisdem Legatis , & libros legis adferant , sciantque Patres qui venerint , me eos excepturum quàm honestissime , & gratissimos habiturum. Postea vero quam Ego satis legem , eiusque perfectionem cognouero , licebit ijs suo arbitratu abire , à meque comiteatu , & præmijs peramplis honorabuntur : veniant securi , Ego eorum defensionem in me recipio. *Hactenus Regis literæ Orientalium maximi Par. 4. Hist. Soc. lib. 7. num. 312.*

Et suis
Magistra-
tibus ab
Eodem
commen-
data.

* AB EODEM *Ad Officiales sui Regni similiter scribente :* Præcipio (*inquit*) supradictis meis Officialibus , quod tam D. Leonem Grimon , quàm hos Patres , quos voco , honore multo colant , subministrando milites , qui eos securos reddant per totum iter ex vna in alteram Ciuitatem , tribuendo item omnia necessaria meis expensis : obligabunturque eos ad me saluos & incolumes adducere , &c. In Deoque confido eos cum salute peruenturos ad hanc Curiam , in qua tam à me , quàm à meis iuxta sua merita recipientur. *Sic apud Guzman in Hist. Mission. Par. 1. lib. 3. cap. 34.*

Illam præ
vita &
Regni pace
Abassinus
magis æsti-
mabat.

28. A REGE , *Sive Imperatore Abassinorum , qui oblatas sibi conditiones pacis ab hoste saeuissimo , quem etiam ipse metuebat , abominari maluit , quàm admittere , propterea quod eæ Sociorum salutis , & incolumitati iniquæ , & iniuriosæ viderentur , ipso palam acclamante : Imperatoris exercitu bellum præ pace , mortem pro vita expetendam esse potius , quàm vt hostibus dedi paterentur eos , à quibus viam salutis edocti , amarentur vt filij , defenderentur vt clientes. Ita apud Imag. 1. sec. Soc. lib. 5. cap. 9. fol. 659. fin.*

Quantum
amata ab
huius Im-
peratoris
fratre

29. A ZELACHRISTO *Abassinorum Imperatoris fratre (quem , quia fortè in Regni habenas successit , in hac Classe describo) Is igitur ante annum à Societatis nostræ confirmatione Centesimum , eius tum gesta rei memoriam die 27. Septembris aliquando re-*
curreti-

currentem anno 1624. apparatus quam exquisitissimo celebravit. Inter quæ ipse abiectò, quo utebatur habitu, principali, nigram indutus togam ex more Societatis produit in publicum, nunquam alias magis ambita non sibi, sed Socijs gloria candidatus, nimirum non Proregem se (talis ille tunc erat) quoties cum illis ageret, sed filium haud verbo magis, quàm opere testabatur, affirmans, Tot ornatos virtutibus, non posse non summi fieri ab ijs, quorum animos probitatis species, non umbra, vel invidia occuparet. Sic Ibid. fol. 659. cit.



Tt

CLAS-